Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

cum venisset nullo dicente rediret. Item
puella Frafledis inimico instigante
dum torqueretur, tamen nequitur inter manus sancte
nec data dilatione curari promeruit.
Hec preterea tempus illud beate quod prestiti-
tit. femina quedam letabilia cum veraret
incurre ab adversario graviter. sequenti
die sancta orante. nova Christi curatione
in scapula crepante cute et verme
foras exeunte sana est reddita pu-
blice. et ipsum fermentum calcans pede
liberata se retulit. illud quod gessit
in secreto profert in publicum. Ergo dum
globus casu quem fleviat sancta pen-
derat de camera. foris veniens. foris
ut tangeret ante filium incidit. mortuus
in morsu pependit. inserat opi res
tam digna miraculo. Cum beatissima
femina reclusa esset in cellula. au-
divit fletum demoniaca. et signo tac-
tu veniente quod illud interrogat esse.
Que mortuam sororem nunciavit in-
fantulam. et frigidam aquam qua lava-
retur. paratam esse iam calidam dolens
sancta. tunc imperat ut cadaver ipsius
sibi deferret in cellulam. Quo sibi de-
portato excepit propria manu reclusa
post se mox ianua. iubens longe
discedere ne quis sentiret quod ageret.
sed quod occulte gessit. diu celare non
potuit. Inter hec dum defuncte exe-
quie prepararentur fere per horas vii mor-
tuum tractat corpusculum. sed Christo iu-
bente reddita prius saluti. quia illius
fidei negare non potuit. surgit hec ab
oratione. resurgit illa de funere. et se
tunc sublevat iuvencula. cum revix-
isset infantula. Quam tactu iterum
signo letificata reddit vivam. quam
flens acceperat mortuam. Cum memo-
ret et illud nobile factum per somnium
tribunus fisci cognomento domnolenus
die qua sanctissima migravit de seculo.
dum graviter suffocationis tortus lang-
uore deficeret. Videbatur ipsi quod sanctam in
vico eius dignabiliter accepisset. cur-
rit salutat. interrogat quid beata exquireret
Tunc per ipsam didicit quod ad tumulum
ibi videndum pervenerit. et quia notum
plebis erat. ut ad beatum martinum con-
deret. Apprehendit tribuni manum
beatissima dicens. Hec loca sunt confessori
veri ac inde reliquie. hic edificate tem-
plum quod sibi dicat dignissimum. Qua-
le dei ministerium in quantum sancta designa-
vit. postea tantum fundamentum repertum
est quo basilica facta est. Adhuc
in ipso sopore manum trahit. per fauces
eius et gulam diu diluens. insuper et
hec dicens. Veni ut melior tibi a deo
sanitas conferatur. ut videbatur sic roga-
ri per meam vitam. ut propter te relaxes
illos quos habes in carcere. Evigi-
lans tribunus refert quod viderat con-
iugi dicens. Vere credo quod in hac ho-
ra exiet de seculo. dirigit ad civitatem
ut per hoc vera cognosceret. Transmit-
tit ad carcerem qui vinctos ibi retentos
admonitus relaxaret. Redeunte
transmisso refert ea hora migrasse
iustam de seculo. et triplici ministerio
carcere relaxato. tribuno sano red-
dito. edificato templo. sancte probavit
oraculum. Sed de beate virtutibus
sufficiat hec exiguitas. ne fastidiat
ubertas. Sic vixerat ut adhuc
ipsam post obitum gloriosi transitus
mirabilia prosequantur. Adiuvante domino
qui vivit et regnat in secula se-
culorum. AMEN.